



Universitätsbibliothek Paderborn

**Manna Animæ Sev Exercitium Facile Simul Et Fructuosum
Illis, Qui Quoquo Modo Vacare Orationi Desiderant**

Segneri, Paolo

Dilingæ, 1699

XI. Fertilis fuit Moab ab adolescenti à suâ, & requievit in facibus suis: nec transfusus est de vase in vas, & in transmigratione[m] abijt. Idcirco permansit gustus ejus in eo, & color ejus non est ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48281](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-48281)

XI.

Fertilis fuit Moab ab adolescenti à suā , & requiebat in facibus suis
nec transfusus est de vase in vas, & in transmigratione non impinguatus.
Idcirco permanet gustus ejus in eo , & color ejus non istius
status. Ier. 48. v. 11.

Considera , quantopere noceat
Virtuti , si quis nimium sit affixus
commoditatibus , quibus fruatur praefertim in loco stabili . Populus Moab
initio sortitus est sat magnas , natus in
regione amoenissimā , & fertilissimā ,
quæ non procul aberat à vastata Pentapoli . unde etiam haud modicam didi-
cit vita licentiam . Fertilis fuit Moab
ab adolescentia sua . Vides ergo , quòd
demum devolutus sit ? ut in facibus
suis quietè viveret : Et requiebat in fa-
cibus suis . quippe cùm inde motus non
sit , idem illi accidit , quod vino , no-
bili quidem generoso , forti , sed non
elutriato . Tabuit in primis suis vi-
tuis , ita ut fieri demum necesse esset ,
quod fieri solet vino corrupto , ut , in-
quam , necesse esset illud effundere . Tu
facilè ad Dei gloriam plurima præsta-
res , si velles , quia nec facultas , nec
ingenium , nec indoles , nec ceteræ
dotes desunt ad agendum , & tamen
nihil sane prætas . Requiescis in faci-
bus tuis . scisne , quam ob causam ?
Non es transfusus de vase in vas. semper
per hæres in folo patro , vel certè ubi
hærere placet vel consuetudine facta ,
vel amicitia , vel ob adminicula , &
commoditates varias , quibus illic
frueris : ita , ut dici de te possit , quod

de Moab : In transmigratione natus .
Ideo mirum nou est , li infecundus
dilectis omnem demum perdipi-
rem . Sine à Deo te disponi , ne
ipsi magis placet . Ecce ego : mors
Isa. 5. v. 8. abstrahit affectum di-
atria , & à propinquis , & à omni-
ijs locis , quibus magis aliquo m-
inistratio permanet gustus ejus in
Ægypti . Ier. 36. v. 19. & videtis quod
ròlis tu quoque futurus es apud
quod Divino .

Considera , qualis hoc datur
quæ oruntur ab affectu , quando-
minus , nimium adharente commis-
Damina sunt eadem omnino , sur-
sum à facibus accipit , quando lac-
cubat diutius , nec elutriat . quid
gustum malum jam non polle de-
nere , exire odorem malum . Guttæ
malus est mala propenso , quoniam
contraxit , inde non excundi , ubi dege-
diu placuit . hæc semper erit , &
ideo eò demum progreditur , in qua
deponere non possit , etiæ etiæ . et
vinum , quod , cum aliquando per
esse faculentum , etiæ in aliquid trans-
ratur dolium , gustum erinet . Per-
manet gustus ejus in eo . Et odor ma-
lus est tam a mala , quam quis prægut-
si temporis contraxit secundo con-
mola

moda, quis enim credat ejusmodi hominem in senectute libenter suscep-
tum labores, quibus in etate juvenili
non assuevit? Odor ejus non est imma-
tutus. Quisquis ergo forces quamprimum
non deserit, faciendo bono ni-
misi reddit ineptum. Non inventur
sapientia in terra juaviter videntium.
Job. 18. v. 13. Tu interim an adhuc esse
tibi videris immunis a facibus? Ex
odore, quem spargis, alii testari me-
hūs de te possunt: at de gultu, quem
lenis, nemo te ipso certius judica-
verit.

3. Considera, instar vini non re-
lucti in facibus, sed elutriati haud du-
bi fuisse veteres illos Dei servos, quos
at Apostolus vix locum in terra repe-

risse, in quo quiescerent, adeò erant
ab omnibus exclusi, ludibrio habiti,
& persecutionibus vexati. Circuerunt
in melotis, in pellib[us] caprinis, egentes,
angustiati, afflitti, quibus dignus non
erat mundus, in solitudinibus errantes,
in montibus & speluncis, & in cavernis
terra. Hebt. 11. v. 38. & ideo quis ex-
plicet, quanta fuerint Divina glorie
instrumenta? & tibi deest animus pro
ipsa id modicum præstare, quod est
desertere nimias, quibus in pace fru-
eris, commoditates? Ecce pax ejus-
modi est illa, quam in facibus vinum
habet: pax, quæ paulatim disponit
ad corruptionem. Visitabo super
viros desfixos in facibus suis.

Soph. 1.

XII.

*Amplius lava me ab iniuitate mea, & a peccato meo munda me,
quoniam iniuitatem meam ego cognosco, & peccatum meum
conirame est semper. Ps. 50. v. 3.*

1. **C**onsidera, quamprimum David
dolens de lapsu dixit Prophetæ
Natan: Peccavi Domino, eundem
audivisse a Prophetæ: Dominus quoque
transfult peccatum tuum. 2. Reg. 12.
ut adeò cerrus esset, se veniam conse-
cutum. & tamen post ejusmodi certi-
tudinem non cessavit eam continuo
postulare, non quod de ejus consecu-
tione diffideret, sed quod in dies con-
sequi cuperet majorē, ut fieri in his
solit, in quibus si abundavit delictum,
non abundavit tantum, sed superabun-
davit & gratia Rom. 5. v. 20. Hinc est,

quod non solum veniam postulaverit
a Deo secundum magnitudinem, quam
misericordia ejus in se habet ad remit-
tendum quodcumque delictum: Mi-
serere mei Deus secundum magnam Mi-
sericordiam tuam: sed eam postula-
verit secundum multitudinem illorum
actuum tam diverorum, quibus eam
exercuit. & secundum multitudinem
miserationum tuarum de la iniuitatem
meam. quis enim explicet, quam actus
isti in tanta varietate peccantium, ap-
paruerint eximijs, præcelsi, stupendi?
Miserationes ejus super omnia opera

CCC CCC 3 ejus